

www.e-rara.ch

Almagesti botanici mantissa

Plukenet, Leonard

Londini, 1700

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-29510>

Candido lectori.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

LEONARDUS PLUCNETIUS

Candido Lectori.

SAPIENTER olim summus Vates Homerus, homines epitheto perquam accommodato ἀλφειῶν, hoc est Indagatores, Repertoresque appellavit; Est enim Hominis hoc maxime proprium Invenire semper aliquid, & quæ abdita diu latuerant, in lucem proferre. Hinc Artes inventæ omnes initio rudes, deinde verò aliis excogitantibus sensim excultæ, atque ad insignem, non summam tamen perfectionem deductæ; Locus ubique semper est novarum rerum Inventioni. Id cum in omni Facultate conspicuum est, tum præcipuè in Botanicâ inter præcipuas Artes nobilissima comperitissimum; Quæ cum eò perducta hodiè sit, ut nihil magnificentius, nihil ornatius, aut dici aut excogitari posse videatur, hæud tamen adhuc obstructa est novis rebus Inveniendis via, nec multa etiamnum desunt, in quibus præstantissimi Viri Ingenii nervos intendant in ultimâ manu operibus imponendâ.

Post evulgatum sanè meum Almagestum Botanicum s. Phytographiæ totius Onomasticon, quædam necessaria circa nonnullas Plantas ibid. recensitas adhuc Observabam, aliquot alias insuper ex abundanti non minùs elegantes quàm valde raras ad meam notitiam pervenire continebat; quarum neminem hætenùs mentionem fecisse arbitror, Luxuriosa namquè est plantarum seges ut optime scribit Turnefortius & demetendæ forsàn jamjam collectis longè sunt copiosiores; Adeò enim immensum est hoc rei Herbariæ studium, ut quam multæ à diligentibus Indagatoribus quotidie reperiantur Novæ Plantæ quas in rerum Naturâ minimè extare putabamus, Plantæ novæ sunt dictæ, non quod Natura novas in illis ediderit formas, sed quod à Novi Orbis Exploratoribus nobis fuerint novitèr detectæ.

Epist. ad
Sherard.

Eam ob rem tum illa quæ Observabam ad illustranda plurima, tum inter infinitas, propemodum quas antea possidebam plantas, nonnullarum Icones affabrè delineatas & ære incisas (harum equidem perpaucas ob sumptus immodicos) in hanc Mantissam congerere operæ pretium esse ducebam, cæterasquè nudis nominibus adjiciendas censui, indicatis folio & lineâ quibus inseri deberent, ut iis qui Almagestum & Phytographiam nostram sibi comparârunt, hæ nostræ Post-Curæ etiam usui esse possint.

Candido Lectori.

Nec pudet me profiteri per quos profecissim; Has enim Plantas perquam rarissimas; quæ maximâ, & præcipuâ mole auxere Mantissam nostram, acceptas referimus munificentia Amplissimi Viri, & Mercatoris Londinensis celeberrimi, nec non Directoris Veteranae Societatis Indiae Orientalis apud Anglos dignissimi, D. Caroli du Bois, Stirpium exoticarum Aestimatores eximii, & in arte Botanica tam docti, quam qui maximè, non minùs quàm Communicationi Ornatissimi Viri D. Alexandri Brown, eruditi Scoti, Medicinæ & Chirurgiæ, perinde ac Matheseos Facultatibus cum primis periti, qui Plantas rariores quamplurimas, quas ipse propria manu collegit, atque in reditu ex Ind. Or. & Prom. Bon. Spei secum adferebat, nobis candidè impertivit: Huic igitur Duûm viro nunquam satis deprædicando, cujus desiderium & amor Botanices augendæ & exornandæ tantus fuit, meritò apud omnes Candidos ac recti iudicii animos, gratiæ debeantur, quoniam (ex parte saltem) suum hoc Opus jure quodam dici mereatur.

His itaque præmissis Benevole mi Lector hoc nostrum de Te benemerendi Studium boni consulas, & nobis meditare quàm ampla, quàm mirabilia sunt Creatoris nostri opera, & quàm nos ignari simus innumerabilium rerum quæ alibi terrarum reperiuntur: Ipse denique Tecum recolis, cum Summus rerum Archetypus ad immensitatem Potentiæ, Sapientiæ, Bonitatis suæ hac in parte explicandam tot Plantarum varietates condiderit, cùmque in Mundo hoc subluari præter hominem, non aliud animal sit intelligentiæ & rationis particeps quod eas Contemplari valeat; Huic, quàm sedulo incumbere expedit singulas species exquirere? Ne qua pars Naturæ Operum negligatur, aut Creatoris laude vacet.

Vive felix atque licet nos omni Mecænate distitutos esse, nec ullo Euergetæ in partem oneris ferendi bucusquè adjutos, hic palàm & ingenue profiteamur, (quod non possit sanè non maximum esse dehortamentum, & summum tædium nobis ingerere, sumptus tantos faciendi alienis deliciis;) alia tamèn, (favente Numine) nec minùs Plucnetii nomine digna expectaturus: Quæ si non ingrata fore animadverterimus, necdùm desinamus fortè animo & labore indefesso Spartam quam semel sumus nacli, pro virili parte adornare, & in rem Herbariam amplificandam ulterius prosecuturos nos pollicemur; Interim his frui & Vale,

Ex Aedibus nostr. ad Palatium antiquum apud Westmonast. Anno à nato Mundi Salvatore M DCC.

Tu quoque perpetuos semper gere Frondis honores.

Ubi cùm *Almagesto* nostro,
Hic quoque liber est parabilis.

Monitio.

Tab. CCLXXXI. CCLXXXII. CCLXXXVIII. CCXCII.
CCXCIII. CCXCIV. CCXCV. CCXCVI. *Phytogr.*
nondùm sunt ære incisæ; quocirca Plantæ hujus numeri,
ad Delineationes his Tabulis adscriptas, tanquàm nondùm editis, ab *Almagesto* referuntur.

Ad